

Martini de Viana Art  
dñi Car. sc̄i Geor. Sed  
Orō habita apud Min  
Cardinaliū in festo D  
M.cccc.xcvi.

**I**nter omnia  
hanc etatē: uel  
imperio susce  
opere difficil

Thome cuius dies solen  
nobilitate Reḡ human  
ac mor̄ sc̄itate suo quid  
in orbe fuit: si cuncta uir  
putabor: si quedā subtra  
laudibus eius mea fatiet  
re nō possū: negare nō a  
lētibus causis. Prima qua  
sc̄issimo doct̄ori ob eius  
mur & obligamur: cuius  
uamur. Altera qua hui  
quā beatus Thomas sus  
eunte etate deditissimus  
sacri ord̄is p̄tectori dig  
do auctoritas: in petēdo  
potui. Ver̄ quo magis  
subeundū: p̄dicte cause  
genioli mei puitas dete  
mortal̄ potestate esse at  
suis meritis laudare. A  
impar: nō tñ cōposita t  
solet ip̄eritor̄ aures de  
& eccl̄iastici eloquiū ue  
esse gratus cupio q̄ def  
res aḡit meritis & itere  
naq; supportatōe: iam  
diar: Si prius sanctissim  
tricē salutauerimus dic  
Auspicator in p̄ntia c  
eius facinora: P. R. hal

2  
plicada fol. 152.  
tom. 1. f. 133

102

Martini de Viana Artiū & Sacre theologie doctoris R.  
dñi Car. sc̄i Geor. Sedis apostolice Camerarii Capellani  
Orō habita apud Mineruā Corā Sacro collegio & morē  
Cardinaliū in festo Diui Thome de aquino Anno dñi  
M.cccc.xcvi.

**I**nter omnia negotia que ab adolescētia usq; ad  
hanc etatē: uel mea sponte uel maiore meorum  
imperio suscepi patres amplissimi: nihil p̄senti  
opere difficilius. Dicturus enī de diui doctoris  
Thome cuius dies solemnīs adest laudibus: Qui & generis  
nobilitate Rerū humanarū diuinarūq; cognitōe: Religionis  
ac morē sc̄itate suo quidē euo (pace aliorū dixerim) primus  
in orbe fuit: si cuncta uirtutibus eius cōgrua dixerō: adulari  
putabor: si quedā subtraxero ne incredibilia uideant: damnū  
laudibus eius mea fatiet uerecūdia. Quid igit fatiā! qđ imple  
re nō possū: negare nō audeo: tribus nimirū me ad hoc impel  
lētibus causis. Prima qua oēs sacre theologie p̄fessores huic  
sc̄issimo doctori ob eius in nos innumera beneficia: astringimur  
& obligamur: cuius doctrīna instruimur & meritis suble  
uamur. Altera qua huic diui Dominici sc̄issime religioni:  
quā beatus Thomas sua sapiētia magnope illustrauit: ab in  
eunte etate deditissimus fui. Postrema que & ualidior q̄ huius  
sacri ordīs p̄tectori dignissimo imperāti: cuius tāta est ī iubē  
do auctoritas: in petēdo fides: ī uoto p̄seuerātia: negare nihil  
potui. Verū quo magis me ad hoc munus reddendarū laudū  
subeundū: p̄dicte cause impellūt: eo magis a cōsequēdi spe in  
genioli mei puitas deterret. Quoniā nec ī mea aut cuiuscuq;  
mortal̄ potestate esse arbitror huius sc̄issimi uiri uirtutes: pro  
suis meritis laudare. Aggrediar nihilomī opus uirib; meis  
impar: nō tñ cōposita uerborū orōne plausuq; populari: qui  
solet imperitorū aures decipere atq; palpare: sed orōne simplici  
& eccl̄iastici eloqui uenustate. Quā in diuū Thomā magis  
esse gratus cupio q̄ desertus Cōsilius igit in eius cuius hodie  
res agit meritis & intercessiōe: ac uestre oīm huānitate benigna  
naq; supportatōe: iam de diui Thome laudibus dicere exor  
diar: Si prius sanctissimā dei genitricē peccatorūq; aduoca  
tricē salutauerimus dicētes Aue Maria.

Auspicaturus in p̄ntia diui doctoris Thome laudes p̄claraq;  
eius facinora: P. R. habitatorē eius iuoco spiritū sauctum: ut

*duplicata fol. 152.  
tom. 1. f. 133*

q̄ illi uirtutes largitus ē: mihi ad narrādas eas s̄monē tribuat  
ut dicta mea factis ei⁹ exequet̄. Eorū. n. q̄ fecere uirtutes (ut  
Crisp⁹ ait Salustius) tāta habet̄ auctoritas: q̄tū ea uerbis pos-  
tuere extollere p̄clara īgenia. Alexāder ille magnus Cū ad  
Achil' tumulū q̄ erat ī sigeo puenisset: felicē te ait iuuenis: q̄  
magno frueris p̄cone meritorū. Homerū uidelicet significās  
porro mihi tal' ac tāti uiri uirtutes narrāde sūt: ut Homerus  
quoq; si adesset ul' īnideret materie: ul' succūberet. Verū si ex  
me q̄spiciā (anq̄ narrādi p̄icipiū fatiā) q̄reret q̄ hui⁹ scī docto-  
ris primā potissimāq; laudē existimē: icūtāter respōdebo: q̄  
ī uno quoq; genere laudū earū: que ad doctū rectūq; hoīem  
ac plane r̄ligiosissimū xpianū ptinet: laudari nō uulgari: sed  
eximie de singlis pōt. q̄ si iā ī eo laudādo cepero generis no-  
bilitatē: oīm liberaliū artū p̄itiā: naturaliū rex̄ cognitioem  
moraliumq; īstitutōem: sacre scripture uerā īterp̄tatiōem: sub-  
tilēq; theologie p̄ceptōem: nō uidebor forsītā magnū aliqd  
dicere. q̄ hęc ipsa mal' etiā hoīb⁹ possūt adueire: nec ista sp̄  
bonos fatiūt: sed eruditos. aut si p̄terea cōtinētiā: fortitudinē:  
prudētiā: cōstātiā: māsuētinē: patiētiā: benignitatēq; ī illo  
recognouero: nec sic quidē forsītā magnope eū ornare iudi-  
cabor. q̄ & his uirtutib⁹ plimi gētiliū p̄diti fuere. postremo  
si fidē cōstātē: sp̄ certā: caritatē ītensā: oēm̄q; scī mouiā & ce-  
rimoniarū cultū religioisq; studiū demōstrauero: nec sic quo-  
q; fortassis laus erit eximia. q̄ hęc ipsa debet unusq; de se  
rect⁹ fidel⁹ xpianus exhibere. At uero si uniuersa hęc in eo  
fuisse cōtester: eaq; ipsa nō mediocriter aut uulgari: sūmo te-  
nus mō sed exellētissime atq; icōpabili affuisse cōstēt: nōne  
hoc dīnū q̄dā ī hoīe uidtri necesse ē. Nihil ergo ī eo īsimū  
nihil mediocre sed totū sūmū: totū p̄fectissimū esse ostendā  
q̄d fieri mīme poterit (cū oē suplatiū cōpatiū p̄suppōat)  
nisi aliquē eligam⁹ p̄clarū ac p̄stantē uirū ī quo totius nobilitatis  
sapiētie ac religiois (de his nāq; tribus p̄cise uirtutibus  
laudare thomā hodie īstitui) cardo uerset̄. Q̄ nī si eius innu-  
meras pene uirtutes ī mediū afferrē: finē nrā nūq; reperiret  
orō. Quē cū nrō scīssimo doctore cōpemus: & utriusq; uir-  
tutes cōferamus. Citeē igit̄ ille sapiētissimus Salomō: q̄ no-  
bilitate rex: cognomēto sapiēs Religioē tēpli dei cōstructor  
in sacris lr̄is appellatus ē. Quē si diuo thome in nobilitate  
sapiētiā ac religioē cōparemus: de illo uerificatū repiemus

103

quod in Matheo scriptum est. Ecce plusquam Salomone hic. Discurramus  
ergo predictas tres cōes uterque uirtutes: quibus discussis uerba pro  
posita cōcludamus. & primo nostrum diuum Thomam nobiliorem  
fuisse Salomone ostendamus. Plato ille quem Aurelius Aug.  
dimum appellat: nobilitatem ipsam quam quor in species diuidere solebat  
Quippe quae claris bonis iustisque maloribus fuerunt exorti: eos  
nobiles profecto esse cōsebat. Quorum ite partes potentes ac  
principes fuere: eos itidem nobiles dici. Tertio deinceps loco  
uocari nobiles quorum sint aut fama & opinione celebres: quae  
uerbi gratia uel ex certaminum coronis reportauerit. Quartum esse  
nobilitatis genus idque prestatissimum: cum quis pro se aut ingenuitate &  
magnitudine excellit: hunc enim profecto ueraciter appellari nobi-  
lem: cui non aliena: sed sua uirtus ad nobilitatem opituletur. De hoc  
nobilitatis genere Cicero in Crispum Salustium iuehens gloriabatur  
ingens. Ego meis maioribus uirtute mea fluxi: ut si prius noti  
non fuerit: a me accipiant initium memorie sue: sanctius est enim me  
meis rebus gestis florere: quam maiorum opinione niti: & ita uiuere ut  
ego sim posteris meis nobilitatis initium: & uirtutis exemplum.  
His quatuor nobilitatis speciebus insignitum fuisse Salomonem: nec  
est qui nesciat: Quippe ex clarissimo ac iustissimo secundum cor  
dei inuenito fortissimoque rege David exortus: prima pro se proclara  
facinora ad magnanimum magnificentissimumque uirum spectantia  
(ut ex regum libris constat) exercuit. Verum aliud nobilitatis ge-  
nus legifer noster Christus Iesus nobis ostendit: quod doctus Plato nes-  
ciuit: quod Cicero eloquentissimus ignorauit: quodque non in antiquorum  
stematibus: non in diuitiarum aut seculi potentie faustu: non in actibus  
proculse moralibus: sed in christi uera humilitate: consciensque sinceritate fi-  
tum est. pro quod tam diues quam pauper: tam seruus quam liber: tam nobilis quam ignobilis  
dei efficiunt filii. nullus ibi iam ignobilitatis locus nec degener quaequam  
est quae diuine naturae ornat nobilitas. nescit profecto religio nostra  
personas accipere: nec hominum conditiones: sed animos inspicit singulorum  
seruum ac nobilem de moribus pronunciat. Sola apud deum  
nobilitas est: non seruire peccatis: Summa apud deum liber-  
tas est: theologice clarere uirtutibus. Quid apud deum in-  
uiris nobilior Petro qui piscator & pauper fuit: Quid in-  
femina beata Maria illustrior: quae sponsa fabri describitur  
sed illi piscatori & pauperi: caelestis regni a christo creduntur clauis  
haec sponsa fabri meruit esse mater illi a quo ipse clauis datus fuit

Elegit enī deus ignobilia & cōtēptibilia huius mūdi: ut potentes ac nobiles ad humilitatē facilius adduceret. Nam & alias frustra sibi aliq̄s de nobilitate generis applaudebit: cū uniuersi paris honoris: & eiusdē apud deū p̄cii sunt: q̄n̄ uno xp̄i sanguine sūt redēpti: nec īterest qua q̄s cōditōe natus sit cū oēs ī xp̄o eq̄liter renascamur: & si obliuiscimur aliq̄n̄ q̄a ex uno oēs generati sumus: saltē id memisse semp̄ debemus quia p̄ unū oēs regeneramur. Hanc p̄clarissimā sūmāq̄ animi nobilitatē quæ in p̄ceptoꝝ dei obseruatōe humilitatisq̄ xp̄i imitatōe p̄ncipaliter cōsistit: Sapiētissimus ille Salomō tūc amplexus est: cū primū in regno patris sui diuina dei p̄uidētia successit: q̄n̄ nō diuitias aut seclī gloriā: inimicoꝝq̄ suor̄ uictoriā: sed sapiām ad recte iudicandū discernendūq̄ īter bonū & malum a deo postulauit: q̄n̄ tēplū strenuissimū ad honorē dei cōstruxit: q̄n̄ uictimas pacificas deo optimo maxio obtulit: & cetera quæ sacras lr̄as ītuenti patēt. Recte id quidē si pseuerasset: nō enī qui īchoauerit sed q̄ pseuerauerit usq̄ in finē hic saluus erit. Verū ad extremū uertit oīa: cū cor eius deprauatū fuit p̄ mulieres alienigenas: q̄s ardētissimo amore adamauit. recessitq̄ a uiciis. Dauid patris sui ut sequerēt deos alienos. Quid enī hac animi fuitate idignius? quid ue turpius? q̄ cū in hoīe & in principe ecclīe q̄ rectore maxie: aut dominaat̄ odium: aut regnat̄ iuidia: q̄ cum eum aut auaritia pessima que idoloz̄ est fuitus possidet: aut execatū libidinosus amor tenet: ul̄ certe cetera sibi uitia uēdicat nō est q̄ huiusmodi homo sibi de nobilitate generis blādiat̄ si ex meliori parte sit seruus: mltō enī ē idignius: mēte fuisse q̄ corpore. At noster diuus Thomas & si nobil' fuit genere: mltō tñ nobilior sc̄itate. Si quidē ex agnatū p̄ncipibus ortū habēs Landulpho patre agni Campanie urbis celeberrime comite: Theodorā matrē & genere & sc̄issimis uite morib⁹ īsignē sortitus ē. Verū illa quæ ad p̄genitoꝝ suor̄ gloriā nobilitatēq̄ ptinet: aliis altius repetēda reliquo. Ego. n. nihil in diuo Thoma laudabo nisi qd̄ p̄priū ē: & de purissimo scē mētis sue fonte profert̄. Thomas igit̄ (ut dicere ceperam) ex illustri p̄sapia ortus & optime ac religiosissime educatus in seclō nobil': apd̄ deū cepit esse nobilior: genere clar⁹ uita clarissimus fuit. quippe oē studiū curāq̄ oēm: ab ineūte etate ī ornādīs morib⁹ exhibuit: q̄bus ita uacauit & totā occupare

mentē cepit: ut nō nobilē aut diuinitis sp̄potetē (q̄q̄ uere erat) sed mortalē hoīem se eē sp̄ cogitabat: ad hoc tm̄ p̄genitorū suorū nobilitatis recordabat̄ ut cū claritate generis: morū scī tate cōtēderet: & cū nobilitate corporis: aī uirtute nobilit̄ p̄ ficeret: magisq; illa nobilitate gloriabat̄: quæ filios dei & co heredes xp̄i facit: ad quā inspitiēs: dū sperabat gaudiū se h̄rē de eo qd̄ mai⁹ ē desinebat de eo qd̄ min⁹ ē gloriari. oēm istā p̄clari generis dignitatē & illustrē: auitii sanguis dec⁹: ad aī mā trāfferebat. Illū clarū: illū sublimē: illū illustrē: illū deniq; tūc integrā nobilitatē suā suare iudicabat: quūq; dedignaret̄ fuisse uitii: ab eisq; nō supari: a quo. n. q̄s supat̄ hui⁹ faus est Magn⁹ igit̄ uir ab ifātia sua & uere nobil̄: sumā generositatē sumāq; aī ingenuitatē existiauit: uitia uirtutesq; distīguere q̄ quāq; sp̄ cōtraria sibi sūt: aliq̄ tm̄ ex eis tāta iūgūt similitudinē: ut discerni oīno uix possint. Quā mlti. n. (hac nrā p̄hdolor p̄ cipue tēpestare) supbiā libertatis loco ducūt: adula oēm pro huilitate suscipiūt: malitiā uersutiāq; prudētie āplectūt uice: & stultitie simplicitatis nomē iponūt: apd̄ quos iniuriā fecisse fortitudis op⁹ ē: aliēa possidere: potētie ē: inocētē circūueire prudētie ē: nō xp̄m sapere: sapiētis ē: sacrā scripturā horrere: eloquētie ē: atq; sic fallaci ac pessima decepti similitudinē: uitii p̄ uirtutib⁹ gloriāt̄: dicēte psalmista Qm̄ laudat̄ p̄ctōr̄ i de⁹ sideriis aīe sue: & iniqu⁹ b̄ndicit̄. Verū haec oīa diuus nr̄ Tho. distīxit atq; sepauit: cūctasq; uirtutes cū suis liueis īsequēdo: qd̄ legētib⁹ ei⁹ primā secūdāq; scde ptes: cōtēplādū reliquo. Nihil p̄terea habuit huilitate p̄stanti⁹: nihil amabili⁹: hac ē enī p̄cipua obfuarix: & q̄si custos uirtutū oīm: nihilq; ē qd̄ nos ita & hoībus gratos & deo fatiat: q̄ si natiuitate nobiles uite merito magni: dignitate sup̄mi: huilitate ifimi sim⁹. p̄t qd̄ scriptura dicit: quāto maior es huilitate in oībus: & corā deo iuenies grām. Et dñs loquit̄ p̄ p̄phetā sup̄ quē aliū req̄ escā nisi sup̄ humilē & quietū & tremētē p̄mōes meos: uerū tm̄ eam huilitatē seq̄bat̄: nō quæ ostēdit̄: aut simulat̄ gestu corporis: aut fracta uerborū uoce: (ut mlti hodiernis tēporis bus ypocrite faciūt) sed quæ puro affectu aī exprimit̄. Aliud est. n. uirtutē habere: aliud uirtutis similitudinē: aliud ē reḡ umbras sequi: aliud ueritatē: mltō illa deformior supbia est: quæ sub qbusdā signis latet: nescio enī quō turpiora sunt uitia cū uirtutū sp̄e eclanē. Multa p̄fecto quæ ad corporis aīq; nobi

litate diui thome accedunt: cōsulte p̄tereo: ut ad sapiē cōmen-  
datōem. (quæ in ip̄o maxia fuit: de q̄ pauca p̄ ep̄is angustia  
dicēda sūt) trāsītū fatiā. Quid igit̄ hac aī ingenuitate potest  
esse illustri? quid nr̄o diuo doctore replet̄ nobili? Quippe  
si mihi q̄sp̄iā ī nobilitate regē Salomonē ad thome cōpatio-  
nē obicere uelit: ingenue respōdebo. Ecce plusq̄ Salomō h̄  
Sed iam ad reliq̄ p̄posite diuisiōis partem p̄cedamus.  
Inter ea munera quæ in hoīes eximia dei optimi maximi li-  
beralitas cōtulisse uideēt P. āplissimi: sapiām ipsā sūmū p̄ci-  
piūq̄ tenere locū: nemī dubiū eē reor: p̄ q̄ nimir̄ quicq̄ in  
uita huāna laudabile merito iudicari potest: nobis q̄ pulchre  
cōpam. hec ē que hoīes ad dei imaginē p̄creatos: suo cōdi-  
tori reddit s̄limos: nā ut feris dētes: armētis cornua: uolucr̄  
b̄ p̄ne p̄pria sūt: sic hoī aliqd̄ suū debet ascribi: sine quo rō-  
nē sue cōditōis amitteret. sūm̄ itaq̄ rex ille opifex de hoīs  
naturā sciētie adipiscēdi cupiētissimā fecit: adeo ut q̄ plures  
magni excellētē p̄ uiri: ut se se illi penit̄ darēt: res suas fami-  
liares abittētes: uniuersis corporis uoluptatib̄ renūtiarūt: ut  
solā nudāq̄ sapiām: nudī expeditiq̄ sequerēt. quicq̄ laboris  
poterat īpēdi: cōtēptis oībus publicis priuatisq̄ actiōib̄: ad  
īgrēde ueritatis studiū cōtulerūt: existimātes m̄lto eē p̄clari-  
huānāq̄ dīnāq̄q̄ reḡ: īuestigare ac scire rōem: q̄ struendis  
opib̄: aut camulādīs honorib̄ īherere. q̄ si huānā sapiām q̄  
ap̄d. deū stultitia reputat̄ scire tantope cupiuerūt: ut eā rebus  
oībus añponerēt: qd̄ dicēdū erit de dīna illa sapia (quā theo-  
logiā uocāt) uirtutū oīm indagatrice: uitiorq̄q̄ expultrice: q̄  
de oīpotēs nobis quo bñ btēq̄ uiueremus infudit: q̄ nihil p̄-  
clarius: nihil illustrius: nihil ad īmortalitatē hoīm p̄stantius:  
diuino munere suscepim̄. Hæc est illa q̄ mūdus ipse carere  
nō potuit: cui desiderio boni oēs flagrāt: qua milites in sp̄e  
salutis: in btitudinis expectatōem ducūt. Vna itaq̄ spes hoī  
una salus in hac doctrina sita est: qm̄ oīs sapētia hoīs in hoc  
uno ē: ut deū cognoscat & colat. Hoc tam p̄clarissimū tāq̄  
necessariū munus: Rex ille Salomō: (cū ei dñs in somnis  
apparuit dicēs. pete qd̄ uis ut dem tibi) instantissime postu-  
lauit inquit̄: Da ergo f̄uo tuo cor docile ut populū tuū iudi-  
care possit: & inter bonum & malū discernere. Quo facto  
(ut sac̄z testat̄ eloquiū) dedit deus sapiētiā Salomoni: &  
prudētiā multā nimis: & latitudinē cordis q̄si arenā quæ est

105

In littore maris. & p̄cedebat sapiā Salomonis sapiā oīa  
orientaliū & egiptiorū: & erat sapiētiōr cūctis hoīb⁹. Cūctus sa  
piētie admirabil' magnitudo in trib⁹ uolumīb⁹: quæ ecclia  
dei a Salomōe scripta suscepit (quorū primū ex ipsis puerbi  
orū liber posit⁹ ē: secūd⁹ is q̄ eccliaſtes appellat⁹: tertio uero  
loco canticū cāticorū uolumē habet) nobis euidentissime de  
mōstrat. Generales nāq; discipline quib⁹ ad regē sciām pue  
nit tres sūt: moral' s. natural' & diuina. Nō nllī sane apd græ  
cos logicā q̄rto in numero posuere. alii nō extrinsec⁹ eā: sed  
phas tres q̄s noīaui disciplinas: in eā cōstāq; esse dixerunt.  
Est. n. logica quæ uerborū dictorūq; uidet cōtinere rōes: p̄  
prietatesq; & īpprietates: genera & spēs: & figuras singlorū  
edocere dictorū: quā utiq; disciplinā nō tā separi: q̄ inseri cæ  
teris cōuenit & intexi. Moral' autē dicit p̄ quā mos uiuēdi ho  
nestus aptat⁹: & instituta ad uirtutē tendētia p̄parāt. Natural'  
dicit ubi uniuscuiusq; rei natura discutit: quo nihil cōtra na  
turā generat⁹ ī uita: sed unūqdq; his usib⁹ deputet⁹: in quos a  
creatore p̄ductū ē. secusq; fatiētes merito cōtra naturā face  
re cōuicūt. Theologia uero dicit q̄ sup egressi uisibilia: de  
dīnis aliqd & celestib⁹ cōtēplamur: eaq; sola mete ituemur  
qm̄ corporeū sup egrediūt aspectū. Has igit tres generales  
disciplinas sapiētiſsim⁹ Salomō trib⁹ libell' edidit: priō nāq;  
in puerbiis moralē docuit locū: succētis ut decuit breuibusq;  
fētētis uite īstituta cōponēs. scđam uero q̄ natural' appellat⁹  
cōphēdit ī eccliaſte: in quo ml̄ta de rebus naturalib⁹ disserēs  
& inania ac uana ab utilibus necessariisq; secernēs: relinque  
dā uanitatē monet: & utilia rectaq; sectāda. Theologicū seu  
diuinū quoq; locū in cātico cāticorū tradidit ī quo amorē ce  
lestiū: diuinorūq; desideriū incutit aīe: sub spē spōse ac spōsi  
charitatis & amoris uiis: pueniēdū docēs ad cōfortiū dei &  
beatorū. O p̄clarissima regis Salomonis sapiā: O admirabil'  
doctrie ordo: si illū tā grauit nō offēdisset: a quo tā p̄clar⁹ do  
nū accepit: Si pmāsisset ī his quæ a deo didicit: nobisq; lrāq;  
munimētis tradidit: si nō cōfūdissent opa sua p̄monē suū Si  
tādē nō fuisset mulierū amorib⁹ īfatuat⁹. Sed uereor ne etiā  
de illo qđ de phariseis xp̄s dicebat: dici possit. Sup cathedrā  
Moyſi sederūt scribe & pharisei. p̄clara qđē dicūt: sed fatiunt  
mīme. Sapiā. n. nisi ī aliquo actu fuerit: quo uim suā exerceat  
ianis & frustra eē uidet⁹: idcirco recte Cicero: ciuiles uiros q

re pub. gubernet: q̄ urbes aut nouas cōstituat: aut cōstitutas  
eq̄tate tueat: qui salutē libertatēq̄ ciuiū: uel bonis legibus: uel  
salubrib⁹ cōsiliis: uel iuditiis grauib⁹ cōsuēt. phie doctoribus  
p̄fert: bonos. n. facere oportet: potius q̄ iclusos in angul: fati  
enda p̄cipere: quæ ne ipsi quidē fatiūt q̄ loquūt: qui aut docēt  
tm̄ nec fatiūt: ipsi p̄ceptis suis detrahūt pondus. Quis enim  
obtempet: cū ipsi p̄ceptores doceāt nō obtempere: quē. n. docēt:  
quē instruit: q̄ seip̄os nō instraxerūt: quē sanare egroti: quē  
regere ceci possūt: bonū ē aut recta & honesta p̄cipere: sed  
nisi fatias mēdatiū est: & ē icōgruēs atq̄ ineptū: nō ī pectorē  
sed in labiis habere bonitatē. & ne plura replicādo fastidiū  
audiētib⁹ fatiā: p̄ hec oīa ad illud tēdit orō: ut clarissime ostē  
dā: n̄ m̄ diuū thomā Salomōe sapiētiorē fuisse: qd̄ facile fiet  
si ei⁹ scīssime uite cursū breui⁹ q̄ tāta res dici pōt attingam⁹  
Thomas itaq̄ ab optis parētib⁹ ad capescēdas liberales disci  
plinas Neapolī puer mittit: ubi in gramaticalib⁹ rudimētis  
& ī altiorib⁹ ac subtiliorib⁹ phie disciplinis: nō mō doctus:  
sed erudit⁹ euasit: Vex cū de⁹ illū ī hūc mūdū tradidisset: ut  
nō mō liberales disciplinas: sed & optios mores: dīnāq̄ illā  
asseq̄ret sapiām: quæ uix aut nūq̄: p̄fecte mūdānis hoīb⁹ cō  
cedūt: Ager nāq̄ spinosus: nisi añ cultoris labore fuerit ex  
tirpatus: nō nutrit in se iacta semīa: sed suffocat: ita & anim⁹  
seclariū sollicitudinū plen⁹ illecebris: uerbū nō pōt sustinerē  
diuinū: nisi pri⁹ ip̄as mūdi sollicitudines culpaxq̄ oīm mate  
rias: Euāgelica ī se falce succiderit. Ea pp̄t nō dū ad puberta  
tē tho. puenerat: qn̄ dīno spū duce: diui dñici scīssimā militiā  
uelut fortis athleta ingressus est: in qua optimis rebus suum  
ingenium occupandū duxit: & sanctē conuersationis usum  
altius inferendum: ut ad perfectionis fastigiū animus ascen  
deret: Et longe consuetudinis beneficio: uteretur ad bene  
uiuendi facultatem. Consuetudo profecto est quæ aut uitiā  
aut uirtutes alit: quæq̄ in his plurimū ualet: cū quibus ab in  
eunte etate simul creuerit: optimi sunt ad institutionē mox  
primi quiq̄ anni: habent in se lentum quidam & molle: qd̄  
facile formari queat: atq̄ ad arbitrium uolentis trahi: Et in  
eunētis fere rebus citius assuescit omne quod tenerum est  
Nouellas adhuc & uix firme radicis arbusculas dū ad oīm  
ductū secaces sunt: in quālibet ptem flecti facile ē: que natu  
ra p̄lexq̄ curuata: cito ad arbitriū colentis corrigūt. tenera

adhuc  
citius  
tugo:  
tener  
sensib  
runcl  
Colo  
oīm u  
scit. V  
tation  
tius q̄  
tes &  
claz  
daba  
doq̄  
apicē  
quē  
nostr  
in fac  
locu  
mē a  
elogy  
etiā  
mag  
tra g  
alis  
quic  
ad m  
gēt  
iiii. p  
ta ca  
tate  
deu  
ipse  
Th  
lab  
nō  
scī  
rill

106

adhuc & prime etatis aīalia: sine labore domari solēt: quāto  
citius auagandi libertate disueta sūt: tanto facilius: uel colla  
iugo: uel frenis ora insuescunt: ipsa quoq; litterarū studia:  
teneris melius inseruntur ingenijs: idq; penitus inherere  
sensibus solet: quod prius sederit in mente. Christi itaq; ty-  
runcus postea q̄ suauissimo iugo colla molia submitit: prius  
Coloniā ad Albertū magnū. deinde Parisios ad illam almā  
oīm uniuersitatū matrē: itaq; ad Emporiū bonarū artium pfici-  
scit. Vbi sentētiarū mgrī sensus aperire cepit: tanto argumē-  
tationū acumiē. sentētiarūq; grauitate: ut diuina eius opa po-  
tius q̄ huāna: a uiris sapiētissimis iudicēt. Quō enī lete sege-  
tes & uberes agri: interdū culmis aristisq; luxuriāt: ita ei⁹ pre-  
clarū ingeniu: & mens plena uirtutibus: ī uariarū artium redū  
dabat elegantia. Quātū autē dīna illa lingua docēdo p̄dicās  
doq; pfecerit: eius attestantē discipuli qui inumeri ad sciētiarū  
apicē: eo ductore puenere. quorū nuērus tātus erat: ut nō fre-  
quēs auditoriū: sed ualidissimū exercitū uidere dixisses. quis  
nostri tāta potest legere q̄ta ipse cōscripsit: q̄s eius ardentē  
in sacris scripturis aīm nō miret: Null⁹ penit⁹ terrarū orbis  
locus ē ad quē boarū Irarū penetret disciplina: qui thome no-  
mē aut sciētia ignoret: nā nō mō latīo thome doctrīa lucet  
eloq;: uerū etiā eam uaria grecoꝝ lingua celebrāt. barbari  
etiā qbus possūt modis thome doctrinam balbutiūt: Nōne  
magn⁹: thurcus etiā nr̄is t̄pibus thome doctrinā fitiēs: ei⁹ cō-  
tra gētilēs sūmā in suā fecit traducere linguā: Quid uero de  
aliis ei⁹ inumeris uolumib⁹ dicā: que (qd dictu mirabile ē)  
quīq; & uiginti annorū spacio: (qd a theologico ornamento  
ad mortē usq; iterecessit) absoluit: quæ oīa q̄ta q̄liaq; sint les-  
gētū iudicio reliquo: De cuius doctrīa Innocētius hui⁹ noīs  
iiii. pon. max. ait. hui⁹ scī doctoris doctrīa p̄ ceteris (excep-  
ta canonica) habet pprietatē uerborū: modū dicēdoꝝ: uerit-  
tatē sniarū: ita ut nūq; q eū tenuit: iueniat a tramite ueritatis  
deuiasse: Magnū pfetō sūmi pō. testimoniū: sed qd mir⁹: cū  
ipse xp̄s dñs diuo doctori corā crucifixi ymagie oranti dixit  
Thoma quæ de me scripsisti uera sūt: quā ergo mercedē p̄  
labore tuo recipe uis: q̄ respōdit: dñe te ip̄m. uerū qd ego ī re  
nō dubia tā locupletissimis uorū testimoniis: q̄lis q̄taq; hui⁹  
scī doctoris fuerit sapiētia: eius scripta: uita castissima: p̄cla-  
rissimiq; mores docēt. nō. n. imitatus Salomonē: q̄ q̄ docuit

& scripsit ipse mīme fecit: sed xpm ihm secut<sup>9</sup>: cepit facerē &  
docere: sciēs illā eiusdē dñi sniam: nō q̄ docuerit: sed q̄ docu  
erit & fecerit: prīs sui fruet̄ delitiis. Erubescit nāq̄ quis p̄ola  
ra doctria: quā ppria rephēdit cōscia: frustra q̄ ei<sup>9</sup> lingua p̄di  
cat paupratē & docet elemosinas: q̄ cresci diuitiis timet. q̄s  
igit̄ diuo iho. sapiētior: q̄s ue prudētior q̄ cōtēpta m̄di uaitate  
& stultitia xpm secut<sup>9</sup> ē: dei uirtutē & dī sapiām qppe si Salo  
monē q̄spiā ī sapiā añpōat: nō mea sed xpi uerba respōdēt  
Ecce pl<sup>9</sup> q̄ Salomō h̄ sed iā ad extremā orōis ptē pperem<sup>9</sup>.  
Cogitāti mihi & aīo meo sepe reputāti P. R. post illā primī  
hoīs preuaricatōem: huāni generis miserādū flebilēq̄ statū  
uarias unī<sup>9</sup> stultitia: diuersasq̄ religiōes introductas fuisse re  
perio: q̄z aliq̄ ī tantā subito ignoratōem ueri dei uenerūt: ut  
ablata ex oclis ueritate: nllā penitus huāitatis rō tenerēt. nō  
nllē uero ppri<sup>9</sup> accedētes ymaginē ipsā figurāq̄ ueritatis se  
quite sūt. hāc ut opinor euenere: ob id q̄ uerā sapiām ( a q̄  
nec religio separi: nec sapiā a religiōe secerni pōt ) aut peni  
tus ignoratūt: aut de ea minimā obscurāq̄ notitiā pceperūt:  
Appiquāte tñ t̄pis plenitudīe: ī quo p̄r oīpotēs unigēitū fi  
liū suū uerā dei sapiām in terris misit: fuit nobis ueritas ipsa  
dinitus reuelata: p̄ quā ī quo uera religio cōsistat: clarissime  
nobis inotescit. Oībus tñ religiōib<sup>9</sup> unū hoc cōe fuit: ut uer<sup>9</sup>  
deus l' apparēs: ab oīb<sup>9</sup> ueneraret̄ coleret̄ q̄: q̄nī sicut ppriū  
ē sapiētis deū scire & diligere: ita uiri religiosi ē: ipm̄ adorār  
colere ac uenerari. Quod mltis uariisq̄ modis ī diuersis tē  
puribus: distinctisq̄ religiōibus factū fuisse cōstat. Hinc ē q̄  
rex ille Salomō ex hoc uno l' maxie se uir<sup>9</sup> religiosissimū eē  
ostēdit: cū tēplū opū ditissimū strenuissimūq̄: ad dei honorē  
magnificētissimo sūptu cōstruxit: cū in illo mēsas: lucernas:  
thuribula: patellas: sciphos: mortariola: & cetera ex auro fa  
brefacta cōposuit. cū in eodē tēplo uictimas corā dño imo  
lauit. sicut scriprū ē mactauitq̄ Salomō hostias pacifices q̄s  
imolauit deo: bouū xxii. milia: & ouū c. xx. milia. Magnū qp  
pe religiōis deuotōisq̄ argumētū: illo p̄cipue tpe: q̄nī sanguis  
pecudū erat redēptio peccatorū. Verū postea q̄ sanguis xpi  
mūdauit cōscias nrās ob opib<sup>9</sup> diaboli ut fūiam<sup>9</sup> deo uiueti  
alia sūt uere religiōis deuotōisq̄ signa: q̄ apl<sup>9</sup> explicat dicēs  
Hāc ē religio m̄da & imaclata apd̄ deū & prēm dñi nostri  
Ihu cristi: uisitā pupillos & uiduas ī necitatib<sup>9</sup> eorū: & imas

clatū se custodir̄ ab hoc seclō. hāc religionē dicitur thomas tūc  
 maxie ingressus ē: cū bti dñici habitū sūpsit: sub quo neq̄ dei tē  
 plū nō maū fctm: sed ei⁹ uidelicet scīssimā aīam ī dei habita  
 clū dedicauit: quē nō auro tēpla fulgētia nō gēmis altaria di  
 sticta delectāt: sed aīa ornata uirtutib⁹: iō tēpla dei scōr̄ cor  
 da dicūt: affirmāte ap̄lo q̄ ait Si q̄s tēplū dei uiolauerit: disp  
 det illū de⁹: tēplū. n. sc̄m ē qd̄ estis uos optimā gratissimāq̄  
 hostiā deo imolauit: qñ se ip̄m xpo obtulit hostiā uiuā: scām  
 placētē deo: rōnabile obseq̄ suū. nā facile abiicit qd̄ heret  
 extrīsec⁹: sed ītestinū belū hoc ē cupiditas habēdi piclosi⁹ ē:  
 Si offeram⁹ cristo opes cū aīa nr̄a. libēt suscipiet: si aut̄ q̄ fo  
 ris sūt deo: q̄ īnr̄ sūt diabolo dem⁹: nō ē eq̄ p̄ticio. hinc ē qd̄  
 thomas tpalib⁹ eterna: caducis: stabilia: sollicitis securiora: pi  
 closis libera: honorificis clariora p̄ponēs: nō solū exteriores  
 diuitias reliq̄t: ueq̄ etiā īmobili uolūtate: toti m̄do p̄t̄ renūc  
 tiavit: & ut dignus et̄ni regni efficeret: mittēs manū ad ara  
 r̄: nūq̄ retro respexit: illa q̄ in īgressu hui⁹ scīssime r̄ligiōis  
 uouerat: castitatē uidelicet paupertatē & obediētā p̄fectissime  
 obfuaō Omitto ei⁹ ī religiōe suscepta: honestissimā cōuer  
 satōem: moxq̄ grauitatē: quā creber ī orōe: quā huīl̄ ī susci  
 piēdis fratrib⁹: seuer⁹ ī corripēdis: alacer ī exortādis esset. o  
 bōe ihu: bōe iuq̄ ihu: q̄ gloriosi q̄q̄ felices essēt: nō mō hui⁹  
 sed cui⁹ cūq̄ ordīs religiosi: si hūc factissimū religiosissimūq̄  
 doctorē: ducē & aurigā seq̄rēt. ueq̄ cōsiderar̄ pudet plerosq̄  
 hac nr̄a tēpestare religiosos: uelut furiales flamas aī ābitiōe  
 succēso: ut nō mō diuitias mūdānos honores: sed p̄fecturas  
 dignitatesq̄ nō solū cupiūt: sed ut cūq̄ possūt hēre cōtēdūt:  
 delitiar̄ amor īsatiabil̄ ē: expleri nescit honoz̄ cupido: cele  
 rē h̄tūre res finē: sine fine q̄rūt: q̄ oīa & mors adimit: & suc  
 cessor excludit. quā demētia ē: nō ea poti⁹ ip̄ēsis oīb⁹: & etiā  
 cū ipsi⁹ uite d̄trimēto cōpare: q̄ p̄motos fatiat: l̄ de uite et̄ni  
 tate securos: l̄ de iudicii p̄petua dignitate gloriosos: seq̄t̄ igiē  
 diuū hūc thomā quicūq̄ in sancta religiōe p̄ficere cupiūt:  
 nam si quis qualis quātaq̄ eius religio fuerit: scire desiderat  
 Christū audiat dicentem Ecce plusquā Salomon hic.

Impleui quantum mea mediocritas tulit: tres preposite di  
 uisionis particulas: preclarissimā diuī Thome nobilitatem:  
 pfundissimā sapiētā: deuotissimāq̄ eius religionē ostendi.  
 Totūq̄ cursū uite eius breuiter: licet saltibus potius q̄ si dicit

potest) q̄ passibus p̄festinatōe: ad finem usq; p̄duxit. Restat  
igit̄ ut uos oēs (& si satis persuasos uos esse credo) ad huius  
diui doctoris nobilissimā uitā imitandā: doctrināq; p̄fundis-  
simā amplectendā: scīssimā religionē obseruandā exhortas-  
tos fatiā: Ille nāq; in sacris lris plurimū se p̄fisse sciat: cui  
Thome doctrina ualde placebit: huic ergo scīssime doctrīe  
nos oēs quibus ē cura sapientie studeamus: an expectabim⁹  
donec Socrates aliqd sciat: aut Anaxagoras lumē ī tenebris  
īueniat: aut Democritus ueritatē de puteo extrahat: aut Vir-  
gilius fīctiones suas eleganter canat: aut Maro cōmentitias  
fabulas narret: Demonū cibus est sapiētia secl̄aris: carmina  
poetarū: rethoricorū pompa uerborū: hęc sua oēs suauitate  
delectāt: & dum aures uersibus dulci modulatiōe currētibus  
capiunt: aīam quoq; penetrant: & p̄ctoris interna deuincūt  
nulla ibi saturitas ueritatis: nulla iustitie refectio reperitur:  
Studiosi earū infame uerū: & uirtutū penuria p̄seuerant. Sed  
nos prohdolor feruentissimi in poeticis: frigidissimi ī celesti  
doctrina sumus: & summa in comicis aut eglogicis exhibē-  
tes alacritatem & sumptū: ad diuina torpessimus. diuinam  
sapientiā: celestes diuicias: īmortales honores: pigra quadā  
dissimulatiōe negligimus: & spiritalē doctrinā: aut ne atin-  
gimus quidē: aut si leuiter degustamus: cōtinuo nos putam⁹  
esse satiātos. aliter nos diuina sapientia ad suas iuitat epulas:  
qui edūt me inq; adhuc esuriēt: & qui me bibūt adhuc sitiēt:  
nullus unq; talib⁹ explet epulis: nec aliqñ patit̄ de satietate  
fastidium: tanto unusquisq; capacior: tāto auidior erit: quāto  
inde plus hauserit. Quid igit̄ nobis iniqui sumus: ueramq;  
sapientiā suscipe cuntamur: quā docti hoīes cōtritis in iniqui-  
reudo etatibus suis: nūq; reperire potuerūt! Ecce Thomas  
nobis diuinitus datus: uerā dei sapientiā docēs & nobis sole  
ipso clarius sacre scripture lumē ostendēs. In hęc ergo diui  
doctoris doctriūā īcaleseat mens nostra: īardescāt desideria:  
& eo tendāt uota nr̄a: ubi labor coronat̄: mercede perpetua  
nllibi enī periculosius errat̄: nec quicq; fructuos⁹ alicubi que-  
rit̄. Si uolum⁹ itaq; sapiētes ac beati esse: imitemur diui Tho-  
me nobilissimā uitā: discam⁹ eius itegerrimā doctrinā: scīssi-  
māq; eius religionē seq̄mur: huāna cōtēnamus: diuina susci-  
piamus: ut sūmū illud bonū ad qd̄ nati sumus: cōsequi ualea-  
mus p̄stante dño nostro ihesu cristo AMFN .:.